Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



133

Recensuerunt quoq; in die illa uiros sup gazophylacia thesauri ad hostiamina et ad
primicias et ad decimas ut congererent per eos sacerdotes principes ciuitatis in deca-
gratiarum actiones sacerdotes et leuite. Quia letatus est iudas in sacerdotibus et leuitis astantibus.
et custodierunt obseruationem dei sui et obseruationem expiationis. et cantores et ianitores iuxta preceptum dauid et salomonis filii eius. quia in diebus asaph a
dauid erat ab exordio principes et uiri cantorum in carmine laudantium et confiten-
tium deo. et omnis israel in diebus zorobabel et in diebus neemie dabant partes cantorum
et ianitorum per singulos dies. et sanctificabant leuitas et leuite sanctificabant filios
In die autem illa lecti sunt in uolumine moysi audiente populo. aaron
et inuentum est scriptum in eo. quod non debeant ingredi ammonites et moabites in ecclesiam dei usque in
eternum. eo quod non occurrerint filius israel cum pane et aqua. et conduxerunt aduersus
eos balaam. ut maledicendo eis. et uertit dominus noster maledictionem in benedictionem. Factum
est autem audisset legem. separauerunt omnem alienigenam ab israel. et ante hoc erat eliasib sacer-
dos. qui fuerat prepositus in gazophylacio domus dei nostri. et proximus tobie. fecerat ergo sibi
gazophylacium magnum. ubi erat antea cum reponerentur munera. et thus et uasa. et decimas
frumenti et uini partes leuitarum et cantorum et ianitorum et primicias sacerdotales. In
diebus autem hius non fui in hierusalem. quia anno tricesimo secundo artaxersis regis babylonis
ueni ad regem. et in fine dierum rogauit me rex. ut uenirem in hierusalem. et intellexi malum
quod fecerat eliasib tobie ut faceret ei thesaurum in uestibulis domus dei. et malum
in oculis meis uehementer. et eieci uasa domus tobie foras de gazophylacio. precepique. et mundari
fecerunt gazophylacia. Et reuulsi ibi uasa domus dei sacrificium et thus. et cognoui quod
partes leuitarum non fuissent date. et fugisset unusquisque in regione sua. et deleuimus
et de cantoribus et ianitoribus et de his qui ministrabant. et egi causam aduersus magistratus
et dixi. Quare dereliquimus domum dei. et congregauit eos. et feci stare in statio-
nibus suis. et omnis iuda adportabat decimam frumenti uini et olei in horrea. et constitui
super horrea selemiam sacerdotem et sadoch scribam et sadaiam de leuitis. et iuxta
eos anam filium zabuch. quos fidelis probatos. et ipsi credere sunt pres fratrum
eorum. Memento mei domine in hoc et ne deleas miserationes meas quas feci in domo